



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marcvlfī Monachi Formvlarvm Libri Dvo

Marculfus <Monachus>

Paris, 1635

VII. Precaria.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10644

tem vel dominationem: Et si fuerit aut ego ipse, aut vllus de heredibus meis, vel quælibet persona, quæ cõtra has obligationes aliquã calumniam, vel repetitionem, aut cõtemptum generare præsumpserit, illud quod repetit non vindicet, & insuper contra cui litem intulerit solidos CC. componat. Et hæ obligationes vno tenore conscriptæ firmæ permaneant.

VII. *P R E C A R I A.*

Domino venerabili illi rectori Ecclesiæ illius, vel omni cõgregationi ibidem consistenti. Ego enim ille ad meam petitionem vestra decreuit voluntas, vt mihi villam vestram, sitam in pago illo, in condita illa, in loco nuncupante illo, cum omni merito ad se pertinente vel aspiciente, vsufructuario ordine mihi conseruare iuberetis:

V ij

quod ita & fecistis. Ea verò ratione
vt mihi exinde non liceat aliubi,
nec vendere, nec donare, nec in
nullo modo distrahere; sed sub ve-
stro prætextu, quatenus vestrum
decretum manserit hoc tenere &
vsurpare faciam. Vnde censui me
annis singulis ad festiuitatem ipsius
sancti, partibus vestris reddere ar-
gentum tantum. Et post meum quo-
que discessum supra-scriptam rem,
cum omni integritate & soliditate
sua, quicquid ibidem aspicere vel
pertinere videtur, cum omni supra-
posito vel quicquid ibidem transi-
tus meus dereliquerit, absque vllius
expectata traditione, vel iudicium
consignatione, aut heredum meo-
rum repetitione, vos agentesque
ipsius Ecclesiæ in eorum faciant re-
uocare potestatem, vel dominatio-
nem. Et si fuerit aut ego ipse, aut vl-
lus de heredibus meis, vel quælibet

persona, quæ contra hanc precariam aliquam calumniam vel repetitionem, aut contemptum generare præsumpserit, illud quod repetit non vindicet, & insuper contra cui litem intulerit solidos C. componat. Et hæc precaria, quamuis per diuerforum annorum curricula à me fuisset possessa, nullum præiudicium vobis præparetur, sed ita firma permaneat, quasi per quinquennium fuerit renouata, cum stipulatione subnixa, omnique tempore inuiolata permaneat.

VIII. ITEM VENDITIO.

MAgnifico fratri ego ille. Cōstat me tibi vendidisse, & ita vendidi infra terminum sancti illius, in loco nuncupante illo, campum, vel vineam, iuris mei, habentem aripennos tantos. Est quidem de vno latere & fronte terra illius,